The study of the Q.V3 on the elements has an impact on our knowledge of the thought and works of John of Jandun. As I have attempted to demonstrate at the beginning of this article, thanks to the invectives against Pierre Auriol, the Q.V3 becomes an important document for determining more precisely the date of composition of the *QSM*, or at least for narrowing down its composition to the five-year period 1318–1323.

In the second part of this article, I have attempted to show that Q.V3 also has intrinsic theoretical value, since here Jandun challenges Pierre Auriol on the fundamental bases of Aristotelian hylomorphism. Jandun's critical observations on the *realitas elementorum* and his determinations on the weakening of the substantial forms of the elements are fundamental pages for understanding the development and profound articulation of Aristotle's thought in university faculties at the beginning of the 14th century.

It remains to point out one last reason for the importance of Q.V3, and this time it goes beyond Jandun himself. This text sheds light on a crucial problem in our understanding of medieval scholastic thought, namely our historical categorisation. Along this study, several opinions related to the doctrine of the elements have emerged: e.g. Jandun's own opinion, his opponent Pierre Auriol's one, but also Taddeo da Parma's one etc. These positions are clearly different and contrasting from a theoretical point of view. Yet, surprisingly, Anneliese Maier unified these thinkers under a broad and ambiguous category of 'Averroist line': according to her, these three intellectuals, like many others, shared the parameters and assumptions of Averroes's commentary on *De coelo* to develop a solution to the problem of mixture.³⁸

Theoretical analysis and textual criticism have established that these authors (Jandun, Auriol, Parma) held different and irreconcilable views, which were deliberately formulated to contrast with one another. The commendable work of Anneliese Maier, dating back to 1943, inevitably requires a thorough revision, not only in terms of the corpus of texts and their respective attributions, but also in terms of the interpretative framework it offers. Only in this way will

38 MAIER 1943, 41.

our knowledge of the medieval debate on the elements come to grasp more precisely the conceptual parameters and theoretical aspects that animated late medieval debates – that is, the real stakes in this intellectual quarrel.

LUCA BURZELLI
UNIVERSITAT POMPEU FABRA*

* luca.burzelli@upf.edu; Universitat Pompeu Fabra, Departament d'Humanitats, Carrer Ramon Trias Fargas 25-27, 08005 Barcelona, Spain. ORCID: <https://orcid.org/0000-0002-1063-9698>.

Textus: *Similiter autem et corporum* etc.¹

[1] Consequenter queritur utrum forme elementorum remaneant in mixto.

⟨*quod non*⟩

recensio Λ (Leipzig)

[2] Primo quod non, quia tunc mixtum non esset unum per se²; sed hoc est falsum; ergo primum. Falsitas consequentis patet: mixtum est per se unum secundum omnes. Consequentia patet, quia quolibet forma substantialis dat esse, et si remanerent forme elementorum in mixto, tunc essent quatuor forme substantiales, quarum quolibet daret esse; et sic essent quatuor vel quinque esse que non sunt unum per se, sed sunt distincta, ut ignis est distinctus ab aqua, et sic de aliis.

[2.1] Item si hoc esset verum, tunc forma mixti esset accidental³, sed hoc est falsum. Forma enim mixti non est

recensio Π (Firenze – Padova)

[2] Videtur quod non, quia tunc mixtum non esset unum per seⁱ, quod est falsum, ut valetⁱⁱ per omnes. Consequentia declaratur, quia quolibet forma substantialis dat esse. Si ergoⁱⁱⁱ forme elementorum sint in^{iv} mixto et forma illius propria, tunc dabunt quinque^v esse substantia. Talia autem non sunt unum per se.

[2.1] Preterea, forma mixti esset accidens, quod relinquitur pro impossibili. Consequentia patet, quia advenit

1 ARISTOTELES 1831, *Metaphysica* V.3, 1014a.

2 ARISTOTELES 1831, *Metaphysica* VII.13, 1039a4–5. Cf. PETRUS AUREOLUS 1605, 203a: “Tunc cum illae qualitates simplices miscentur et contrariantur, agendo ad invicem, quaero aut una unitur totaliter corrumpendo omnes alias; aut neutra unitur, nec corrumpitur, sed manet in suo gradu; aut utraque manet secundum aliquid, et utraque corrumpitur et reducatur ad medium, et tunc ego habeo propositum. Non potest dari primus modus, quia tunc non veniret ad medium, sed totaliter corrumpentur; nec potest dari secundum, quia tunc non resultaret unum, sed esset acervus; ergo oportet quod detur tertium.”

3 Cf. PETRUS AUREOLUS 1605, 203a: “Aut utrumque corrumpitur secundum substantiam et manet secundum accidentia, et si sic, tunc illud non esset mixtum substantiale, sed accidentale.”

accidentalis, quia tunc non daret esse materie actuate per formas quatuor substantiale. Et consequentia probatur elementorum.

quia illa forma est accidentalis que advenit enti in actu. Si ergo forme substantiales elementorum remaneant in mixto, tunc forma mixti adveniret enti in actu ut materie actuate per formas elementorum.

[2.2] Item si forme elementorum remanerent in mixto, tunc plura corpora simul essent in eodem loco⁴; sed hoc est falsum; ergo et primum. Falsitas consequentis patet IV *Physicorum*⁵. Consequentia patet, quia quolibet forma elementi habet suam corporeitatem et non est sine corporeitate⁶. Modo quolibet pars mixti habet quatuor formas elementorum et per consequens corporeitas et quatuor dimensiones, et sunt in eodem loco.

[2.2] Preterea^{vi}, tunc plura corpora essent simul, quod patet esse falsum IV *Physicorum*. Consequentia patet^{vii}, quia quolibet forma elementi^{viii} habet propriam corporeitatem. Sed in quolibet parte mixti sunt omnia quatuor elementa. Ergo^{ix} remanent ibi forme elementorum, et per consequens corporeitates et dimensiones.

«quod sic»

[3] Oppositum patet auctoritate Commentatoris in III *Celi*⁷, ubi vult quod forme substantiales elementorum re-

[3] Oppositum patet auctoritate Commentatoris III *Celi*^x, quia^{xi} mixtio est non solum^{xii} secundum qualitates, si-

4 Cf. AVERROES 2003, 605: "si subiectum generationis ignis ex aere fuerit aer, et subiectum existet in re generata, iam enim est pars, contingit ut ignis generatus ab aere fit aer et ignis insimul, et ut locus quem occupat totus aer, aut pars eius in hora in qua aer occupat ipsum, sit idem cum loco quem occupat ignis in illa hora"; THOMAS AQUINAS 1976: "Multa autem corpora impossibile est esse simul; non igitur in qualibet parte corporis mixti erunt quatuor elementa: et sic non erit uera mixtio [...]."

5 ARISTOTELES 1990, 152 (*Physica* IV.5, 212b23–16): "Neque enim simul augmentari necesse est locum, neque puncti esse locum, neque duo corpora in eodem loco, neque spatium aliquod esse corporeum." Cf. HAMESSE 1974, 180: 69 (*De anima* II.7, 418 b 17): "Impossibile est duo corpora esse in eodem loco."

6 Cf. THOMAS AQUINAS 1959, *Super De Trinitate*, pars 2 q. 4 a. 3 co. 1: "Unde experimento patet talium corporum duo in eodem loco esse non posse. Quidam autem dicunt quod non prohibentur duo horum corporum ab hoc, quod sint simul, propter corporeitatem vel propter aliquid quod sit de ratione corporis, in quantum est corpus; sic enim sequeretur omnino duo corpora prohiberi ab hoc quod est esse simul."

7 AVERROES 2003, 634–635: "[...] et ideo necesse est, cum ex eis generatur una forma, ut corrumpantur forme eorum secundum medietatem, quoniam si corrumparentur secundum

manent in mixto. Nam mixtio non solum est secundum qualitates, ut Avicenna voluit⁸, sed etiam secundum formas substantiales elementorum. Unde dicit: si forme substantiales non remaneant in mixto, tunc materia prima eque primo reciperet formas mixtorum sicut formas elementorum⁹. Hoc autem relinquitur pro inconvenienti. Consequentia patet, quia materia prima reciperet formas mixtorum non mediantibus formis elementorum, sed reciperet formas mixtorum eque primo ut formas elementorum.¹⁰

[3.1] Item, hoc patet auctoritate Aristotelis I *De generatione*, ubi dicit quod elementa in mixto non corrumpuntur nec alterum nec ambo¹¹. Modo si forme elementorum corrumpuntur, tunc non remanent in mixto elementa. Dices forte quod elementa manent virtute¹². Dicitur quod non valet, quia virtus non est nisi accidens; non respicit corruptio, quia corruptio tantum respicit substantiam¹³. Ergo si non corrumpuntur, oportet quod maneant quoad substantiam.

cut Avicenna voluit^{xiii}, sed etiam secundum formas elementorum, ita quod forme substantiales elementorum remanent in mixto. Unde dicit quod si forme^{xiv} elementorum non remanerent in mixto^{xv}, materia prima eque primo reciperet formas mixtorum sicut elementorum, quod relinquitur pro inconvenienti. Consequentia patet, quia^{xvi} materia prima reciperet^{xvii} formas mixtorum non mediantibus formis elementorum, sed reciperet eas eque primo immediate, ut formas elementorum^{xviii}.

[3.1] Preterea, hoc patet auctoritate Aristotelis I *De generatione*, ubi dicit quod elementa in mixto non corrumpuntur. Quomodo dicet ea remanere? Forte dices quod remanent^{xix} virtualiter. Non valet, quia talis virtus est accidens, et generatio et corruptio non respiciunt accidens, sed substantiam rei. Ergo si non corrumpuntur, oportet quod remaneant quantum ad substantiam^{xx}, quia remanentia accidentium non sufficit quantum^{xxi} ad non corruptionem.

totum, tunc prima materia reciperet primo et essentialiter omnes formas, et non reciperet formas compositorum mediantibus istis corporibus."

8 This is the description of Avicenna's doctrine according to AVERROES 2003, 635: "Et cum hoc latuit Avicennam et concessit quod formae substantiales non dividuntur in magis et minus, dixit quod haec elementa non miscentur nisi secundum qualitates eorum, non secundum substantias."

9 Cf. AVERROES 2003, 634: "si corrumpuntur secundum totum, tunc prima materia reciperet primo et essentialiter omnes formas, et non reciperet formas compositorum mediantibus istis corporibus."

10 *Ibidem*.

11 ARISTOTELES 1986, 48, *De generatione et corruptione* I.10, 327b30–31.

12 Cf. ARISTOTELES 1986, 48, *De generatione et corruptione* I.10, 327b31–32: "Salvatur enim virtus eorum."

13 The consequence depends on ARISTOTELES 1990, 97, *Physica* III.1, 200b32–34: "Mutatur enim semper id quod mutatur aut secundum substantiam aut secundum qualitatem aut secundum quantitatem aut secundum locum." Likewise, see THOMAS AQUINAS 1884, *In*

[4] Notandum quod est una opinio nova, que dicit duas conclusiones. Prima est quod forme elementorum non remanent in mixto secundum aliquod esse: nec secundum esse intensum, nec remissum, nec secundum esse refractum. Secunda conclusio est quod cuiuslibet forme elementaris remanet aliqua realitas in mixto¹⁴.

[5] Prima conclusio probatur quia, si forme elementorum remane^{re}nt in mixto secundum aliquod esse, vel hoc esset secundum esse perfectum, vel secundum esse remissum; sed forme elementorum neutro modo remanent in mixto; ergo nullo modo¹⁵. Maior patet per sufficientem divisionem. Minor declaratur. Non secundum esse perfectum remanent in mixto, quia ridiculum esset quod forma ignis et aqua remanerent in mixto secundum esse perfectum et in ultima perfectione, quia tunc aqua flueret, ignis combureret. Similiter non manent secundum esse remissum, quia forma substantialis non suscipit magis et minus, quia forma substantialis est substantia.

[4] Notandum quod de hoc est una opinio nova^{xxii}, que ponit duas conclusiones. Prima est^{xxiii} quod forme elementorum non remanent in mixto secundum aliquod esse, nec intensum, nec^{xxiv} remissum sive refractum. Secunda conclusio est quod aliqua realitas remanet in mixto cuiuslibet^{xxv} forme elementi.

[5] Ratio prime conclusionis, quia^{xxvi}, si forme^{xxvii} remanerent secundum aliquod esse, vel hoc esset secundum esse perfectum, vel imperfectum sive remissum per sufficientem divisionem. Nullus diceret quod remanent secundum esse perfectum^{xxviii}, quia tunc aqua flueret et ignis combureret. Nec remissum, quia substantia non suscipit magis et minus ex *Predicamentis*, et forma elementi est substantia ex VIII huius^{xxix} et omnes concedunt^{xxx} «hoc».

Physic., lib. 3 l. 1 n. 8: “nam generatio est motus in substantia ad formam, corruptio vero ad privationem.”

14 These conclusions depend on PETRUS AUREOLUS 1605, 206b: “Nunc secundo pono propositiones duas. Prima est quod essentia elementorum secundum nullum gradum formalem retinentem rationem et nomen formae manent in mixto, ita parum in gradu minimo, sicut et in maximo. Secunda propositio est quod elementorum essentiae non corrumpuntur totaliter, sed manent aliquo modo secundum realitates aliquas pertinentes ad formas ipsas elementorum, in quibus tamen non salvatur nomen ac diffinitio ipsius formae.” I found no similar argument in Auriol’s *De tribus principiis* (Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 3063). There Auriol mentions six propositions, none of which corresponds to what Jandun quotes.

15 This argument reshapes the argument of PETRUS AUREOLUS 1605, 206b: “Primam propositionem probo sic. Posita forma aliqua in quocumque gradu, et minimo, ponitur effectus eius formalis, et proprietates consequentes formam illam, saltem proportionaliter secundum illum gradum.”

Substantia autem non suscipit magis et minus, ex *Predicamentis*¹⁶.

[5.1] Item, de ratione forme est distinguere et terminare ex VII et VIII huius¹⁷. Ergo si forme elementorum remanerent in mixto, tunc essent distincte ab invicem in partibus mixti¹⁸. Hoc autem est falsum, quia quolibet pars mixti est mixta.

[6] Secunda conclusio probatur, quia, si nihil remaneret in mixto de elemento, tunc non esset magis mixtum quam elementum in substantia^{xxxiv}¹⁹. Consequens^{xxxv} est falsum, ergo et antecedens. Falsitas consequentis patet, quia mixtum est magis compositum quam elementum in substantia quia mixtio non est accidentium sed substantiarum²⁰. Consequentia patet: postquam elementa corrumpuntur in substantia, et nihil remaneret nisi mixtum per adventum forme in materia, non esset magis mixtum, nisi esset aliqua forma que maneret cui adveniret forma mixti.

[5.1] Preterea, de ratione forme est terminare. Si ergo forme elementorum essent in mixto, tunc essent distincte^{xxx}^{xxxi} ab invicem in partibus mixti, quod est falsum^{xxxii}, quia tunc quolibet pars mixti non esset mixta, cuius^{xxxiii} oppositum ab omnibus conceditur.

[6] Ratio secunde conclusionis quia, si nihil remaneret in mixto, tunc mixtum non esset magis mixtum quam elementum in substantia, quod implicat contradictionem. Consequentia^{xxxvi} patet quia, si omnino nihil remaneret nisi materia prima, tunc forma mixti adveniret materie prime immediate.

16 ARISTOTELES 1831, *Categoriae* V, 4a6–9; *Metaphysica* VIII.3, 1044a10–12. See also HAMESSE 1974, 132: 205.

17 According to ARISTOTELES 1831, *Metaphysica* VII.1, and *Metaphysica* VIII.1.

18 This argument reshapes the argument of PETRUS AUREOLUS 1605, 207a: “Item virtutes quatuor elementares erunt in mixto in aliquo gradu, et breviter redibunt omnia inconvenientia, quae Commentator adducit contra Avicennam, ubi supra; et per consequens patet quod non est intellectus Avicennae quod remanent elementa in aliquo gradu retinente rationem formae, quia sua argumenta manifeste cgebant eum hoc negare specialiter ratio illa de acervo.”

19 This argument reshapes the argument of PETRUS AUREOLUS 1605, 207a: “Secundam propositionem, videlicet quod elementa in mixto non totaliter corrumpantur, sed maneant secundum realitatem aliquam pertinentem ad rationem formae, ita quod in forma lapidis est aliqua realitas, quae fuit formae ignis, et aliqua quae fuit formae terrae, et sic de aliis.”

20 Cf. Rogerius Bacon, *In Aristotelis De generatione et corruptione*, in Roma, Collegio Sant’Isidoro, 1/10, 107vb: “Motus tantum est tribus praedicamentis, ubi, qualitatis, et quantitatis; sed mixtio tantum fit per substantiam, quia accidens misceri non potest nisi per substantiam; ergo mixtio erit mutatio, et non motus.”

[6.1] Item, quod est corruptibile et corrumpitur materialiter oportet alterum super alterum dominari totaliter²¹; sed in generatione mixti unum elementum non dominatur supra alterum²²; ergo etc. Maior patet, quia corruptio totalis non est nisi a dominante totaliter. Minor patet, quia elementa equaliter se habent in generatione mixti, quia in generatione mixti neque alterum generatur^{xxxvii}, sed aliud commune his elementis²³. Unde dicunt formam mixti non esse aliud nisi congregatum ex istis realitatibus, continens illas realitates formarum remanentes in mixto²⁴, quia resolutio non est nisi quod realiter est in toto²⁵, ut domus resolvitur in lapides et ligna²⁶, quia realiter sunt in domo. Unde si solum materia esset in mixto, tunc mixta non resolverentur in elementa.

[6.1] Preterea, quando unum corrumpitur ab altero, oportet corrumpens totaliter dominari supra^{xxxviii} corruptum, quia corruptio totalis non est nisi a dominante totaliter; sed in generatione mixti unum elementum non dominatur totaliter supra alterum, immo adequantur potentiis equaliter in fine I *De generatione*²⁷. Unde non generatur alterum elementum, quod tamen^{xxxix} oportet si totaliter obtinent. Unde isti dicunt quod forma mixti non est aliud nisi congregatum ex hiis realitatibus, continens illas realitates sicut medium commune.

21 This argument reshapes the argument of PETRUS AUREOLUS 1605, 208a: "Item, dato quod sit ordo formarum, illa resolutio fit per agens aliquod vincens et praedominans, quaero quid sit ille agens." Perhaps depending on ARISTOTELES, AVERROES 1562-1574, vol. V, V, 6 D, *De caelo* I.2, 269a1-2, t. 7: "necesse est et motus esse illos quidem simplices, hos autem mistos quodammodo. Simplicium quidem simplices; mistos attamen compositorum moveri autem secundum praedominans."

22 Cf. ARISTOTELES, AVERROES 1562-1574, vol. X, *In De generatione et corruptione* I, c. 89, V, 370 F: "Mixtio autem contingit quando equaliter patiuntur et agunt, ita quod veniat post aliqua qualitas media inter duas contrarietates."

23 See PETRUS AUREOLUS 1605, 203b: "Mixtio enim contrariorum sit quando alterum non dominatur super alterum, nec habet aequalem potentiam, si enim alterum fuit simpliciter dominans, esset corruptio dominati, et generatio dominantis; et si aequales fuerint potentiae, tunc non esset aliqua forma, sed cum potentia alterius non fuerit dominans simpliciter; sed si fuerit dominans dominati generabitur ex eis aliquod medium."

24 PETRUS AUREOLUS 1605, 209a: "tunc forma mixti erit vere conflata ex realitatibus elementorum inexistentium aliquo modo in actu."

25 PETRUS AUREOLUS 1605, 207b: "ex hoc habeo propositum, ex quo enim resolutio non est corruptio, sed solutio, ergo illud quod resolvitur, continebat illa in quae resolvitur, alias esset corruptio vera."

26 Cf. ARISTOTELES 1986, 48, *De generatione et corruptione* I.10, 327b29: "Videntur autem que miscentur prius ex separatis convenientia, et queuntia separari rursus."

27 Cf. *supra*, n. 22.

[6.2] Preterea, mixta resolvuntur in elementa, quod non esset, nisi in mixto remaneret aliqua realitas ipsorum elementorum. Sicut enim domus non posset resolvi in lapides et ligna, nisi formaliter essent in domo, sic nec mixtum potest resolvi in elementa, nisi prius elementa inexistant. Unumquodque enim resolvitur in hec ex quibus componitur, I *Physicorum*²⁸.

«Contra opinionem Aureoli»

[7] Sed dubium est, quomodo ista dicta compatiantur se, quia forma elementi non remaneat in mixto secundum aliquod esse, et tamen realitates forme manent. Queratur de realitate ista, utrum sit substantia vel accidens. Hec est prima divisio entis, ut vult Commentator in VII huius et Aristoteles in *Predicamentis*²⁹. Modo illa realitas non potest esse accidens, quia ridiculum est quod forma substantialis sit accidens. Si ista realitas est substantia, vel materia, vel forma, vel compositum ex materia et forma, per sufficientem divisionem ex VII huius et II *De anima*³⁰. Non potest esse materia, quia realitas forme non est materia. Nec ista realitas est compositum ex materia et forma, quia tunc forme elementorum essent materialis pars. Ergo relinquitur quod forma remanet, et hec est dictio contradictoria, scilicet formas elementorum remanere in mixto et non remanere.

[7] Notandum quod hec membra non possunt se compati. Cum^{xl} dicitur quod forme elementorum nullo modo remanent in mixto secundum aliquod esse, nec intensum nec remissum, et tamen alique realitates eorum^{xli} manent, queratur de realitate ista, utrum sit substantia vel accidens^{xlii}. Hec^{xliii} est prima divisio entis per se, ut vult Commentator in VII huius et Aristoteles in^{xliv} *Predicamentis*. Modo illa realitas non potest esse accidens, quia ridiculum est^{xlv} quod forma substantialis^{xlvi} sit accidens. Si ista realitas^{xlvii} est substantia, vel materia, vel forma, vel compositum ex materia et forma, per sufficientem divisionem^{xlviii} ex VII huius et II *De anima*. Non est materia, quia tunc nihil remaneret nisi materia. Nec potest illa realitas esse compositum, quia tunc materia esset pars forme. Ergo oportet quod ille realitates sint forme, et hoc directe contradicit prime conclusioni.

28 HAMESSE 1974, 148: 106 (*Phys.* III.5, 204 b 33–34).

29 Cf. ARISTOTELES, AVERROES 1562-1574, vol. VIII, *In Metaphysicam* VII, c. 32, VIII, 153 I; then HAMESSE 1974, 131: 190: “Individuum substantiae est prius individuis accidentium”; ARISTOTELES 1831, *Categoriae*, 2a35–36. See also ARISTOTELES 1831, *Metaphysica* VII.1, 1028a10–13.

30 HAMESSE 1974, 131: 200 (*De anima* II.1, 412 a 6–9; *Metaphysica* VIII.1, 1042 a 26–27, 28–30);

[7.1] Item, illa realitas forme que remanet oportet quod sit pars forme postquam est aliquid forme³¹. Vel est ergo pars essentialis, vel quantitativa, vel subiectiva³². Non est pars essentialis, quia forma ultima ignis non habet partes essentielles. Nec est pars quantitativa, quia tunc in una parte mixti essent plures dimensiones, quia in una parte mixti sunt plures realitates, ut quatuor realitates, et pars quantitativa non est sine quantitate, nec tamen alia pars quantitativa est sine quantitate, et sic de aliis. Nec est pars subiectiva, quia totum predicatur de parte subiectiva. Ergo quolibet realitas forme est forma, cuius oppositum dicunt.

[7.1] Preterea, illa realitas forme^{xlix} que remanet oportet quod sit pars forme postquam est aliquid forme^l. Vel ergo est pars subiectiva, vel quantitativa, vel essentialis. Non est pars essentialis, quia forma ultima ignis non habet partes essentielles. Nec est pars quantitativa, quia^{li} tunc in una parte mixti essent plures quantitates, quia in una parte mixti sunt quatuor formalitates, et pars quantitativa non est sine quantitate. Si pars subiectiva, tunc erit forme et erit intentum, quia totum predicatur de suis partibus subiectivis, et^{lii} illa realitas erit forma; cuius oppositum dicunt.

«Responsio auctoris»

[8] Dicendum est ergo aliter ad questionem, quod forme elementorum non remanent in mixto secundum esse perfectum in ultima perfectione. Secundo dicendum quod forme elementorum remanent in mixto secundum esse diminutum et refractum³³.

[8] Dicendum est ergo aliter ad questionem, quod forme elementorum non remanent in mixto secundum esse perfectum ultima perfectione. Secundo, quod remanent in mixto sub esse diminuto et refracto.

HAMESSE 1974, 137: 261 (*Metaphysica* XII.3, 1070 a 1–2). See also THOMAS AQUINAS 1950, *Sententia Metaphysicae*, lib. 7 l. 2 n. 7: “Dicit ergo primo, quod subiectum, quod est prima substantia particularis, in tria dividitur; scilicet in materiam, et formam, et compositum ex eis”; THOMAS AQUINAS 1984, *Sententia De anima*, lib. 2 l. 1 n. 5: “Secunda divisio est secundum quod substantia dividitur in materiam et formam et compositum.”

31 PETRUS AUREOLUS 1605, 209b: “idcirco talis realitas non est forma, sed aliquid formae.” See the definition according to Aristotle, in HAMESSE 1974, 128: 160, *Metaphysica* VII.1, 1028a 18–20: “accidentia non sunt entia sed quid entis”).

32 This definition of parts depends on ARISTOTELES 1831, *Metaphysica* V.25, 1023b10–25. A different definition can be found, for instance, in ALBERTUS MAGNUS 1890, 358b (*Metaphysica*, V, tr. 6, cap. 2): “Ex inductis igitur patet partem esse triplicem in genere, quantitativam videlicet, et potestativam, et essentialem”; or in THOMAS AQUINAS 1950, *Sententia Metaphysicae*, lib. 5 l. 21 n. 9–12.

33 Jandun is now using the words of ALBERTUS MAGNUS 1971, 241a, ll. 39–42 (*De caelo et mundo*, III, tr. 2, cap. 8): “et hoc vocat Avicenna manere secundum esse secundum actum diminutum, et non perfectum, non manere autem secundum esse distinctum et perfectum.”

[8.1] Primum probatur, quia, si forme elementorum remanerent in mixto secundum esse perfectum in ultima perfectione, tunc in mixto essent simul qualitates contrarie secundum esse in ultima perfectione; sed hoc est impossibile; ergo primum. Falsitas consequentis patet, quia nullus dicit quod ignis fit calidissimum et frigidissimum. Consequentia patet, quia formas substantiales elementorum in ultima perfectione consequuntur qualitates in summo³⁴, immo tanta est propinquitas qualitatum ad formas substantiales elementorum quod quidam putaverunt qualitates esse formas substantiales eorum, ut imponitur Alexandro³⁵. Unde Commentator dicit quod si elementa manerent in mixto

[8.1] Ratio primi: si forme elementorum remanerent in mixto^{liii} sub suis ultimis perfectionibus, tunc in mixto^{liv} essent simul qualitates contrarie, quod est falsum, quia contraria in summo numquam congregantur. Consequentia patet, quia forme^{lv} elementorum in summo consequuntur qualitates^{lvi}, immo in tantum quod aliqui crediderunt quod qualitates essent formae substantiales eorum, ut imponitur Alexandro. Et Commentator dicit quod^{lvii} si remanerent sub esse perfecto, ex ipsis non fieret unum.

I have not found any reference to the lemma *refractio* in other Parisian masters, except for Mainus de Maineri, *Utrum in eadem portione materie possint esse plures forme substantiales* (Firenze, Biblioteca Nazionale Centrale, Conv. Soppr. J.III.6, f. 103va, partly edited by FIORAVANTI 2016, 155): “[...] et volens contradicere Avicenne, non plus curans nisi illi contradicere, voluit dicere quod remanebant refracte, et non fuit de intentione Commentatoris, ut dicunt.” Maino was student of Jandun in Paris. It cannot be excluded that the word *refractio* depend on Auriol’s concept of *fractio formae*.

34 See AVERROES 2003, 635: “Verum, si formae elementorum relinquuntur in composito in suis perfectionibus, utrum similiter relinquuntur in suis qualitatibus propriis suis formis, aut non (verbi gratia in calore et frigore). Si remanent, contingit ut in composito sit ignis in actu. Ignis enim non est ignis in actu nisi in calore et siccitate quae sunt in summo.”

35 See ALEXANDRE D’APHRODISIAS 1968, 281: “Memorat ostensorum in 2^o *De generatione et corruptione*: ostendit enim ibi quattuor esse causas, secundum quas specificantur prima corpora, hoc est elementa: caliditas enim et frigiditas, siccitas et humiditas. Hae enim ostensae sunt primae existentes tangibilium contrarietatum; secundum primas autem tangibiles contrarietates specificantur elementa.” Against Alexander, see AVICENNA 1977, 66–67: “Deinde iam aestimaverunt multi qui se reputabant sapientes quod aliqua res est substantia et accidens simul secundum respectum ad duo. Dixerunt enim quod calor accidens est corpori ignito, sed igni generaliter non est accidens, eo quod est in eo sicut pars eius; et etiam, quia non potest removeri ab igne, ita ut remaneat ignis. Igitur esse eius in igne non est ut esse accidentis in eo; si enim esse eius in eo fuerit ut esse accidentis in eo, tunc esse eius in eo non erit ut esse substantiae; et hic est magnus error”; and ARISTOTELES, AVERROES 1562–1574, vol. IV, *In Physicam* V, c. 10, IV, 215 H–I: “Et Alexander dicit ad hoc quod hoc quod dixit in libro *Praedicamentorum* est de substantiis, quae sunt compositae ex forma et materia, et in libro *De generatione* loquitur de simplicibus, scilicet de formis tantum quae sunt in prima materia.”

secundum actum extremum, tunc non fieret unum ex his³⁶.

⟨*Responsio auctoris*⟩

[9] Secundum declaratur – scilicet, forme substantiales elementorum remanent in mixto secundum esse diminutum et refractum vel corrumpuntur –, quia iam probatum est quod non remanent secundum ⟨esse⟩ perfectum, sed non corrumpuntur nec alterum nec ambo³⁷. Dicis quod virtus manet, que est qualitas³⁸. Non valet, quia corruptio tantum respicit substantiam, quia dato quod accidentia remaneant, tunc est corruptio, quia corruptio non respicit nisi substantiam³⁹. Unde Aristoteles dicit: “salvatur enim virtus. Ergo derelinquitur”⁴⁰. Tunc quando dicit “ergo derelinquitur”, vel intendit quod derelinquitur secundum formas substantiales, vel secundum qualitates. Si secundum formas substantiales, habetur intentum. Si intendit dicere quod derelinquuntur quantum ad qualitates, tunc petit quia, cum salvatur virtus et qualitas, ergo derelinquitur qualitas. Petit hoc. Aliqui ex

[9] Ratio secundi: forme elementorum remanent in mixto secundum esse refractum vel corrumpuntur, cum sic iam^{lviii} probatum est^{lix} quod non manent secundum esse perfectum, modo non corrumpuntur nec alterum nec ambo; ideo etc.. Si dicas: virtus manet que est qualitas^{lx}, non valet, cum corruptio respiciat subiectum vel^{lxi} substantiam, unde dato quod accidentia possent manere destructa substantia, adhuc esset corruptio, quia corruptio non respicit nisi substantiam. Unde Aristoteles dicit: “salvatur enim virtus eorum. Ergo hoc derelinquitur”. Si ergo intelligit quod derelinquitur secundum substantias formales^{lxii}, habetur intentum. Si vero secundum qualitates, petit^{lxiii} principium: arguendo ‘derelinquitur virtus’, ergo derelinquitur qualitas, que sunt idem omnino. Exponunt aliqui ‘derelinquitur hoc’, ideo quia non amplius determinat de ipsis. Non valet, quia postea satis de

36 Cf. AVERROES 2003, 635: “Relinquitur igitur ut sit unum secundum formam substantialem, et etiam contingit ei ut quilibet earum sit distincta ab alia – utrum igitur si forme elementorum relinquuntur in composito in suis perfectionibus [...]”

37 Cf. ARISTOTELES 1986, 48 (*De generatione et corruptione* I.10, 327b30–31).

38 This comparison of virtue and quality might follow THOMAS AQUINAS 1976, *De mixtione elementorum*, 156b: “Qualitas autem simplicis corporis est quidem aliud a forma substantiali ipsius, agit tamen in uirtute forme substantialis; alioquin calor calefaceret tantum, non autem per eius actionem forma substantialis educeretur in actum, cum nichil agat ultra suam speciem. Sic igitur uirtutes formarum substantialium simplicium corporum in corporibus mixtis saluantur.”

39 Cf. ARISTOTELES, AVERROES 1562-1574, vol. IX, *De substantia orbis et Lunae* IX, 3 H (then HAMESSE 1974, 229: 3: “Una [transmutatio] est substantialis quae transmutat ea nomine et definitione; quae transmutatio dicitur generatio vel corruptio”).

40 Jandun repeats ARISTOTELES 1986, 48 (*De generatione et corruptione* I.10, 327b30–31).

ponunt quod derelinquitur, quia non tractat de his plus⁴¹. Non valet, quia Philosophus adhuc multum tractat de elementis et virtutibus eorum.

[9.1] Item, virtus rei non manet sine substantia rei⁴². Et si virtus rei manet secundum esse remissum, tunc manet substantia secundum esse remissum. Et si manet virtus in summo, et substantia rei manet in summo.

[9.2] Item, Commentator dicit I *Physicorum*: in medio sunt extrema, quia in hoc differt medium inter contraria⁴³ a materia prima, quia in medio sunt extrema in actu, licet non secundum ultimas sui perfectiones⁴³. Sed in materia non sunt forme nisi in potentia⁴⁴. Sed mixtum est medium inter elementa.

[9.3] Item, Albertus dicit I *De generatione* quod elementa habent duplex esse⁴⁵. Primum est substantiale, secundum est per qualitates eorum. Modo dicit quod primum esse adhuc est duplex: unum est esse liberum, aliud ligatum. Modo elementa non manent in

mixtionibus^{lxiv} et de^{lxv} virtutibus eorum <tractat>.

[9.1] Item, virtus rei non remanet sine^{lxvi} substantia rei. Et si virtus rei^{lxvii} secundum esse remissum, tunc forma manet^{lxviii} secundum esse remissum; si^{lxix} secundum esse perfectum, et ipsa met^{lxx} secundum esse perfectum.

[9.2] Preterea, Commentator dicit I *Physicorum* quod in medio sunt extrema in actu, licet non in suis perfectionibus ultimis. Sed in materia non sunt forme^{lxxii} nisi in potentia. Sed mixtum^{lxxiii} est medium inter ista elementa.

[9.3] Preterea, Albertus dicit I *De generatione* quod elementa habent duplex esse. Primum est substantiale, secundum est secundum qualitates eorum. Item^{lxxiv}, adhuc primum esse^{lxxv} est duplex, ut dicit unum liberum et aliud ligatum. Modo elementa non manent

41 AEGIDIUS ROMANUS 1518, 28va: "Salvatur enim virtus eorum. Et quia de his, videlicet utrum sit dare mixtionem, sufficienter dictum est, ideo hec relinquuntur."

42 Cf. THOMAS AQUINAS 1950, *Sententia Metaphysicae*, lib. 7 l. 1 n. 13: "nullum enim accidens invenitur sine substantia, sed aliqua substantia invenitur sine accidente. Et sic patet, quod non quodcumque est substantia, est accidens, sed e contrario: et propter hoc substantia est prior tempore."

43 ARISTOTELES, AVERROES 1562-1574, vol. IV, *In Physicam* I, c. 56, IV, 33 K-L: "Medium vero est utrumque extremum non pura potentia sed alia potentia. In medio enim est utrumque extremum in actu, sed tamen non in ultima perfectione. Est igitur in potentia utrumque extremum quodammodo et in actu alio modo."

44 Cf. ARISTOTELES, AVERROES 1562-1574, vol. VIII, *In Metaphysicam* XII, c. 18, VIII, 305 H-I: "Et ideo dicitur quod omnes proportionales et forme sunt in potentia in prima materia et in actu in primo motore."

45 ALBERTUS MAGNUS 1980, V.2, 171b-172a (*De generatione et corruptione*, I, tr. 6, cap. 5): "De secundo autem quaesito, scilicet qualiter mixtabilia sunt in mixto, attende quod sicut dicit Avicenna, duplex est esse elementorum, scilicet primum, et secundum. Primum autem est esse quod habent in operatione qualitatum suarum quae sunt propriae ipsis, et fluunt ab essentiis ipsorum, quae sunt calor, frigus, humiditas, et siccitas. Dicendum ergo quod

mixto secundum esse liberum (quod est esse quod habent in propriis regionibus, et hoc est esse quod habent in ultima perfectione), sed secundum esse remissum et ligatum in mixto manent.

in mixto secundum esse liberum (quia hoc habent in propriis regionibus, et hoc est quod^{lxxvi} habent in ultima perfectione), sed secundum esse remissum et ligatum manent in mixto.

«Notandum»

[10] Notandum quod aliqui⁴⁶ substantantur super definitionem Lincolnien-
sis in I *Posteriorum*, ubi dicit quod generatio substantie elementorum non est successiva ex divisibilitate forme, sed est successiva ex partibilitate subiecti, quia forma substantialis ignis recepta in una parte in ea non intenditur⁴⁷. Cuius oppositum oportet dicere in ista via. Ad hoc dicendum quod auctoritas Aristotelis est ad oppositum in

[10] Nota. Aliqui substantantur super^{lxxvii} dictum Lincolnien-
sis I *Posteriorum*, ubi dicit quod generatio substantie^{lxxviii} elementorum non est successiva ex divisibilitate forme, sed est divisiva ex partibilitate subiecti, quia forma substantialis ignis recepta in una parte in ea non intenditur. Cuius^{lxxix} oppositum oportet dicere istam viam ponendo. Dicendum quod auctoritas Aristotelis est in oppositum^{lxxx} in III *Celi*; unde^{lxxxi}

quoad esse secundum non manent elementa omnino. Primum autem esse dupliciter dicitur, liberum et integrum, ut ita dicam, et ligatum et partitum. Liberum autem et integrum voco quando ignis vel aliud elementum accipitur per se, sicut sunt elementa in suis sphaeris et locis naturalibus. Ligatum autem voco quando non est ab alio alteratum, et aliud alterans, et divisum in ipsum, et e converso, ita quod plurimum unius sit cum plurimo alterius : et sic manent elementa in mixto quoad esse primum. Et ideo dicit Aristoteles quod virtute manent, virtute, inquam, qua fluunt a tali essentia elementi quam habet in mixto."

46 I found no proper reference. Maybe, GUILLELMUS DE OCKHAM 1984, 619 (*Q. in Phys.*, q. 81): "Confirmatur per Lincolniensem, super 11 cap. I *Posteriorum*, qui dicit 'quod forma rei generandae, maxime in simplicibus, inducit partem materiae post partem successive, quia pars propinquior generati citius praeparatur ad receptionem formae substantialis; unde prius recipit eam quam pars remotior. Et ex hoc intellectu est generatio successiva', secundum eum."

47 ROBERTUS GROSSETESTE 1981, 181 (*Super Posteriora* I.11): "Innuitur autem hic quod generatio sit successiva, cum tamen alibi dicatur quod generatio est subita. Et dico quod forma rei generate maxime in simplicibus inducit partem materie post partem successive, quia pars propinquior generantis citius preparatur ad receptionem forme substantialis, unde prius recipit eam quam pars remotior. Et ex hoc intellectu est generatio successiva, quia pars materie post partem recipit formam substantialem, sed cum pars aliqua recipit formam substantialem non ultra recipit intensionem in illa forma recepta, sed, si forma accidentalis ut calor fuerit recepta in aliquo, potest intendi successive usque ad summum caloris et erit alteratio successiva per divisibilitatem caloris et receptionem partis eius post partem."

III *Celi*⁴⁸; unde Lincolniensis forte fuit illius opinionis, sed plus credendum est Aristoteli et Averroi. Lincolniensis forte fuit illius opinionis, sed magis est credendum Aristoteli et^{lxxxii} Commentatori.

«Dubia»

[11] Dubia sunt hic. Primo quia forma substantialis est substantia; sed substantia non suscipit magis et minus; ergo forme elementorum non intenduntur nec remittuntur. Maior^{lxxxiii} patet VIII huius; minor patet ex *Predicamentis*.⁴⁹ [11] Nota. Dubium est hic, quod^{lxxxiv} forma substantialis est substantia ex VII huius; sed substantia non suscipit magis et minus ex *Predicamentis*; ideo etc.

[12] Item, si forme elementorum intenderentur et remitterentur, tunc generatio esset motus distinctus a mutatione indivisibili⁵⁰; hoc falsum, ergo primum. Falsitas consequentis patet^{lxxxv} VII *Physicorum*⁵¹. Consequentia patet, quia illa forma successive acquiritur que suscipit magis et minus; et ista suscipit per^{lxxxvi} dicta.

[13] Item, si forme elementorum intenderentur et remitterentur, tunc generatio esset motus distinctus a mutatione indivisibili; hoc est falsum; ergo primum. Falsitas consequentis patet, quia nulla pars forme substantialis est [13] Preterea, si forme elementorum intenderentur et remitterentur, tunc pars posterior esset accidens. Consequentia patet, quia advenit materie actuate per partem precedentem.

48 AVERROES 2003, 597: "Vult in hoc capitulo declarare quod nullum corporum simplicium, que sunt elementa rerum compositarum, est eternum ingenerabile et incorruptibile, sed sunt generabilia et corruptibilia secundum omnes partes, sive generatio elementorum adinvicem et compositorum ex eis fiunt secundum divisionem aut transmutationem in substantia."

49 Concerning the major premise, see HAMESSE 1974, 131: 201 (*Metaphysica* VIII.2, 1043 a 2–4). Concerning the minor one, see HAMESSE 1974, 132: 205 (*Categoriae* 5, 4a6–9; *Metaphysica* VIII.3, 1044 a 10–12).

50 ARISTOTELES 1990, 196 (*Physica* V.1, 225 a34–b3): "Quoniam autem omnis motus mutatio quedam est mutationes autem tres sunt dicte. Harum autem que sunt secundum generationem et corruptionem non motus sunt. He autem sunt secundum contradictionem. Necesse est ex subiecto in subiectum mutationem motum esse solum."

51 Cf. ARISTOTELES, AVERROES 1562-1574, vol. IV, *In Physicam* VI, c. 45, IV, 274 L: "Forma est res indivisibilis."

accidens⁵². Consequentia patet, quia posterior pars caliditatis advenit subiecto habenti^{lxxxvii} priorem partem caliditatis, et per consequens posterior pars forme substantialis adveniret materie actuate per priorem partem forme substantialis.

[14] Item, si iste forme intenderentur et remitterentur, tunc ignis reciperet comparisonem⁵³; hoc falsum; ergo et primum. Falsitas consequentis patet, quia ignis non dicitur ignior nec aer aerior. Consequentia patet, quia forma que suscipit magis et minus recipit comparisonem.

[14] Preterea, ignis reciperet comparisonem^{lxxxviii}, ut ignior et aerior, quod est falsum^{lxxxix}. Consequentia patet, quia forma que recipit magis et minus recipit comparisonem.

⟨Ad primum dubium⟩

[ad11] Ad primum dicendum^{xc} secundum Commentatorem. Cum dicitur “substantia non suscipit magis et minus” etc., Commentator solvit quod substantia composita non suscipit magis et minus, et ⟨hoc⟩ habet ratione materie. Et hoc dicit auctoritate Alexandri. Sed simplex substantia in subiecto recepta bene potest suscipere magis et minus. Sed forme elementorum sunt simplices in subiecto recepte. Ergo recipiunt magis et minus, sicut caliditas⁵⁴. Unde quantum ignis de calore amittitur vel acquiritur, tantum de forma ignis. Unde Aristoteles in *Predicamentis* loquitur de substantia com-

